



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Septe[m] meditat. in Orat: Dominica[m], per 7. dies hebdomad[a]e
distribut[a]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

S.
Theresi

Opera
N. M.
1586



SEPTEM MEDITATIONES IN
Orationem Dominicam septem die-
bus hebdomadae accom-
modatae.

Admonitio ad Lectorem.

Meditationes istae in orationem Domini-
cam reperta sunt inter fragmenta Con-
tuum in Cantica Canticorum S. Matris Te-
resiae, quae apud D. Isabellam de Auellana
D. Dionysij de Cardenas quondam Praeside-
tis Consilij Ordinum uxorem, asseruabantur,
quarum in vita ipsius nulla sit mentio, quae
perditis habebantur.

MEDITATIONES DE ORATIONE DOMINICA.

CREATOR omnium Dominus omnipotens ex quo fragilem plasmam nostram perfectam habet, & agnoscit, animam nostram ob capacitatem eius infinitam per singulos dies ad noua postulanda & impetranda aspirare, nec quietam esse si vnum quid tantum recipiat: ideo Leu. cap. 6. imperat idem Dominus, ne ignis in altari suo aliquando esse delineret, à Sacerdote nouis lignis suppositum eum manere per singulos dies enutriti, veluti, figuratè significans, ne calor deuotionis extinguatur, vel tepescat, sed perpetuo viuus, & ardens permanere possit, nouis, & uariis considerationibus tanquam lignis adiectis quotidie conseruari debere, & quamuis hoc imperfecto videatur, diuine tamen prouidentia adseribendum est, ut conseruationem suam ducem habens anima nostra, assidue diuinas perfectiones contempletur, nec contenta sit, donec à Deo, cuius ipsa est creatrix, expleantur eius desideria, etenim nihil præter ipsum amplitudinem eius satiare, aut replere potest.

Vnum est quod conseruare intendimus, ignem scilicet amoris Dei sed malis opus est, ignis & quotidie illa renouare necesse est; ut emittatur quia calor, & efficacia nostræ voluntatis totum id absorbit, & totum ei modicum videtur, vsque dum eo perueniat illo eodem igne, (bono videlicet infinito) quo solum saturari ad plenum possumus. Igitur cum Oratio Dominica ad huius diuini ignis alimentas alendas plurimum conferat, ne ob eius frequentem usum, & repetitionem refrigescat voluntas, & languescat, rationi conseruandæ erit, modum exquirere, quo multoties indies illam recitando, intellectus noster, nouis considerationibus adhibitis, resoneatur, & hoc alimento diuino recreetur, ignisque sanctus, & calor in voluntate sustentari, & augeri valeat. Hoc cum modè fieri poterit ipsius Orationis septem petitiones iuxta numerum septem dierum Hebdomadæ distribuendo, vnique diei suam petitionem sub titulo, & nomine ipsi Conuenienti assignando, ad quam referantur & reducantur, quæcumque, in ea petitione nos concedi desideramus, totumque, quod à Deo obtinere possumus. Petitiones nemo est, qui nesciat nomina vero quibus Deus celebratur sunt hæc, Pater, Rex, sponsus, Pastor, Redemptor, Medicus, & Iudex: quilibet itaque euigilet dicendo.

Die Lunæ: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum.

Die Martis: Rex noster, adueniat regnum tuum.

Die Mercurij: sponse anime meæ, fiat voluntas tua.

S. M. Terce & Opera

Eccc

Dis

Die Iouis: Pastor noster, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Die Veneris: Redemptor noster, dimitte nobis debita nostrorum & nos dimittimus debitoribus nostris.

Die Sabbathi: Medicus noster, ne nos inducas in tentationem.

Die Dominice: Iudex noster: Libera nos à malo.

PRIMA PETITIO.

Pro die Luna.

TAmetsi nomen Patris melius quadret omnibus his petitionibus & maiorem nobis confidentiam præbeat, & per quod omnia quæcumque petimus, se nobis daturum obligare dignatus fuerit, eas tamen dispositioni, & mirabili ordini non aduersari reliquos enumeratos titulos, qui etiam tam vere quam proprie tribuuntur, adiungendo; præterquam quod deuotio magis excitetur, & ignis perenniter custodiendus in altari nostri subministratione lignorum viuificetur, & nostra corroboretur considerando quod illi qui Pater noster est magis honorifici nobisque fauorabiles competant. Vt igitur *gentilis Luna* hoc Patris nomine fomentum in quod agit subministrat. Cogiter quod Pater ipsius est Deus trinus in persona & in essentia Principium, & Auctor omnium rerum quæ in causa & fons inexhaustus à quo omne promanat, per quem uenimus, per quem uiuimus, & per quem sumus, qui omnia sustentat, & fouet, & conseruat; & seipsum consideret sicut Pater adeo Potentis qui creare adhuc posset plures mundos infinitos; adeo sapientis, qui illos omnes optimè regere & gubernare, sicuti hunc, quem creauit nulla, que creatura celo & in terra à supremo Seraphin, usque ad minimum terræ miculum inueniri, cui eius Prouidentia desit. Tante Bonitatis, ut gratis dignetur se omnibus incessanter committere iuxta uniuscuiusque capacitatem & exigentiam: & in quibus homo meditetur, & dicat: Quam bonus est mihi talis Pater & participem eximie huius dignitatis [Filiationis inquam] efficere, plurimos hominum relinquens in abyssu profunditatis suæ nihilitatis qui certe meliores, & fideiiores quam ego sum. Hic perpende quam merito amari, & quam perfecte ipsi

S.
Theresi

Opera

N. M.
188

dignus sit talis Pater qui propter suam munificentiſſimam bonitatem creatus omnibus, quæ in vniuerso mundo continentur in mei obsequium, & utilitatem; me autem vt ipsi seruirem, & ad ipsum possidendam in æterna beatitudine peruenirem. Tunc petes omnibus hominibus lumen concedi, vt illum agnoscant, & amorem, vt illum diligant, & gratias illi habeant pro immensis beneficijs, quibus semper ab eo cumulantur, & omnes sint adeo virtuosus, & sancti, vt in eis appareat Dei Patris imago; & vt in omnibus, ab omnibus glorificetur, & sanctificetur nomen eius, vt nomen Patris, qui filios habet Patri, qui eos creauit merito non æbimiles.

Inde statim sequitur, in memoriam reuocando innumera peccata hominum, ingens dolor de offensis, & iniurijs quibus hic Pater tam diues in bonitate erga suos filios, qui eius in se meritis non respondent, afficitur: & effert lætitia, quod plurimi serui Dei reperiuntur, in quibus sanctitas sui Patris clarissimè respundet; maxime concipiendo ob peccata quæcumque; & prauorum exempla, quæ videt, pariter exultando ob virtutes, quas oculis & auribus percipit in alijs; gratias Deo agendo, qui sanctos Martyres, Confessores, & Virgines qui se genuinos talis Patris filios demonstrant, creare dignatus est. Post hæc statim sequitur Confusio, præcipue quodcum in particulari offenderimus; quod ei gratias pro beneficijs non retulerimus; quod tam indignè Filij Dei propter generosos & magnos animos præferre dignum esset nominemur. Hic etiam considerandæ parentum proprietates, qualiter filios suos cum deformis diligat: qualiter eos, etsi vitijs deprauatos sustineant: qualiter eis domum reuertentibus, atque seipsos obedientiæ Patris reddentibus, ignoscant, qualiter filijs nulla cura pressis & in vtraque autem dormientibus, Patres anxij & solliciti primogenituras eorum, & opes promoueri, & augeri curant. Et considerando qualiter, singulæ humani modi proprietates in Deo reperiantur, ita vt nemo ceterorum locum conferri possit, ipse superans omnes excessu infinito; quod fer, vt teneſcat, & emolliatur anima & confidentiam concipiat, & spem ventis recuperet tam pro se, quam pro alijs, & neminem contemnat videns habere se Patrem, qui Angelis & hominibus communis sit.

Quo die hac petitione occupatus erit, res omnes & singulas ad hæc considerationem reducat: sicuti imagines quas intuebitur Christi dicendo: Hic meus est Pater; Cælum quod oculis perlustrat.
Ecce 2 Hæc

S.
Theresi

Opera

N. VII
106

Hec est domus Patris in electionem, quam suadet: hanc ad mitem mittit Pater meus: quo induitur, quod comedit, quod in letitiam parit, hoc totum ex manibus, & largitate Patris tui procedit: quod ei tristitiam adfert, quod eum exercit, & molestiam per manus Patris mei, ut sint mihi causa maioris meriti, & meliorem inde consequar coronam dispensantur; sicq; magis affectu subiungat, *sanctificetur nomen tuum.*

Hac cum consideratione, & Dei Præsentia anima tota conatur dignitatis suæ præclarum specimen edere, ut filiam Deo tot beneficijs acceptis gratissimam se ostendat, & probet: credendo præsertim, quia se ipsam Dei Filiam, Iesu Christi sororem, & redem Regni illius, & eidem Christo consortem in hæc contempletur, & videat: agnoscens autem amplissimum Regnum ad ipsam spectare, omnes sanctos esse desiderat, ut illa crescant, quod enim plura, & maiora huiusmodi erunt: abundantius de illis ipsa percipiet. Hic bonum est in mentem notare primum ex septem Verbis, quæ Christus in Cruce locutus est: *Pater agnosce illis qui nesciunt, quid faciunt:* in quo quidem hæc conditiones Paternarum viscerum Dei evidentissime apparet: hoc pacto actus charitatis in eos, à quibus iniurias aliquando sumus exercere par est & nos ipsos ob varios reru' & casus accidendum, si grauioribus in posterum iniurijs afficiamur, & Quadrat hic historia filij Prodigij, in qua pietas Patris regnum perditum, deinde inuentum, & in pristinam dignitatem restitutum ad viuum exprimitur.

SECUNDA PETITIO

Pro Die Martis

Rex noster Adueniat Regnum tuum.

Post peractum examen particulare in nocte, sicut in die factum est, sequitur animam ad Deum Patrem suum intercessente petita venia suæ tepiditatis & desidia, qua non pro eo se debentorem, & gloriam ac Sanctificationem illius procurauit, præsertim pro hac ipsa die Martis Regem agnoscere & indubitare in teni illum, cum quo die præterita tanquam cum Patre egrediens euigilans saluet illum dicendo. *Rex noster adueniat Regnum tuum.*

Optissimè subsequitur hæc petitio præcedentem, filijs eiusdem Regni sui Patris debetur: dicatur itaq; in hunc modum: *In Mente demon & Caro regnant in terra: tu o Rex noster, cuius Regnum exoptamus, venias in nobis regnaturus, & hæc Auaritia,*

& sensualitatis regna, penitus destrue, vt nullam potestatem & imperiū aliquando in nos obtineant. Duplex sensus est huius petitio. vbi: vel vt peramus a Domino, nobis Regnum celorum æternum, ad quod creati sumus, & Ius tanquam filij eius habemus, conferri; vel vt ipse regnet in nobis, nos autem Regnum eius efficiamur.

Intellectus vterq; Catholicus, & cum sacris scripturis cōueniens prout mihi Theologi dicunt: de primo n. dixit Dominus, *Venite benedixi patri meo, possidete Regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi: Matth. 25.* De secundo vero S. Ioannes ait quod sancti concinent in gloria: *Apos. 1.* *Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo, & fecisti nos regnum & Sacerdotes Deo & Patri tuo.*

Huiusmodi Intellectus siue expositiones mirabiliter omnibus alijs antecellunt, & insignis in eis præfulget eminentia hæc nimirum, quod quando Deus loquitur nobiscum, vocat, & dicit se ipsū Regnum nostrum; Nos veri loquentes cum eo, ipsum benedicimus, quia sumus Regnum eius; sicque alternatum, & per vices celestis huius benevolentie respectus & obsequia amoris plena cōmunicamus. Nescio quæ maior sit hominis dignitas, an quod Deus gloriatur & in summo pretio habeat possidere nos tanquam suum Regnum, eiusque Maiestas hac possessione (cum ipse sit qui est) ita conteneretur; An quod ipse velit nostrum esse Regnum & nobis se tradere in possessionem, & hereditatem opulentissimam: interim mihi magis probatur quod nos regnum eius simus, inde enim procehit illum esse Regnum nostrū. Dixit aliquando Catharina Senensis, Tu de me cogita, & omnis mihi de te tuisque commodis erit cogitatio; Cuidā vero Matri dixit etiā, Tu rerum mearū curā habe & ego tuarū curā suscipiā. Ergo solliciti tales effici non negligamus in quib. magnificat Divina illa Maiestas, & in delicijs habeat regnare, ipse n. pvidebit & solliciti curabit, vt nos in eo regnū possideamus. Et hoc est regnū de quo idē Dominus in Evangelio meminit dicens: *quarū e primum & ante omnia Regnum Dei. & obliuiscimini ceterorum; Nolite solliciti esse; scit enim Pater vester quibus indigeatis, & ipsi semper cura est de vobis. De hoc pariter Regno inquit S. Paulus quod sit Gaudium & Pax in Spiritu Sancto.*

Matth. 6

Rom. 14.

Consideremus igitur quales illos, quorū Deus gloriatur, se Regē esse, & qui vicissim Regnum ipsius sunt, oporteat esse, scilicet virtutibus ornatos, in verbis compositos, magnanimes, humiles, mites in aspectu, patientes in tribulationibus, mundos corde, in cogitationum puritate exquisitos, se inuicem amantes, in omnibus suis motibus pacem, & tranquillitatem redolentes, non inuidos, &

Eccc 2

fals-

S.
Theresi

Opera

N. M.

17

sed salutis ac bonorum proximi maximè cupidos.

Studiosè cogitemus quales sint optimi vasalli erga Regem suum & inde ad Regem Cælorum mentè eleuabimus, atq; ieiunio quales nos ipsi præbere debeamus: & quid postulemus dicendo. *Adhuc Regnum tuum.* omnes sub eisdem legibus viuimus quibus & regere debemus, & nos inuicem adiuuare, ea quæ habemus, quæ non habent amanter communicando. Tenemur omnes operibus & facultates, & vitas amore nostri Regis exponere, in omnibus quæ uenerint, ei placere cupientes. Dum iniuste grauamur ad eum confugimus, ut sit nobis iustitia: in necessitatibus, ut sit nobis misericordia: omnes seruiunt, quilibet suo modo, nemo alteri inuadens miles in bello: officialis in officio suo; Artifex in suis laboribus Nobiles, Litteratos, Nautas & qui nunquam eum nouerunt exortas, ut ei seruiant, illumque videre desiderant: Messor qui in Agro suo fidat lætatur quod Rex habeat intimos, artaque familiaritate coniuictos, cum quibus læteri & erecto animo gaudeat, & ceteris secreta & quiescat: cum uero Rex uicè diligit aliquem, omnes huic obsequuntur, & ipsum uenerantur, & obseruant: omnes desiderant, & studiosè curant pacem ac quietem inter se fore, insuper ut Regi omnes perfectè interseruiant, & gratissimam ministeria ei exhibeant.

Per singulas istas Regni conditiones nunc discurramus, aduertentum nostrum illas applicando, & uidebimus illud quod à Deo postulamus esse ut leges eius seruentur; ut omnes ad obsequium ei præsto sint; & ut eius Vasalli, in pace & tranquillitate iucundissimè uiuant. Petimus etiam, quod animæ nostre in terra quas est Regnum Dei, ita dispositæ inueniri ualeant, ut sunt Regnum eius; & quod potentiarum nostrarum Respublica uoluntas eius per omnia sit obediens, Intellectus stabiliter in fide persistens. Voluntas ad legum illius sanctarum custodiam omnino firmata, etiam si uitam propterea foris, ac fortunæ committere sit necesse. Potentia congruenter attemperata, & conformes, ut non aliter resistant uoluntati: Passiones, & Cupiditates nostræ sine in parte ut ob præcepta charitatis imposita non indignentur, neque immurentur adeo; sine bonorum proximi inuidia, ut si minus melius quam alijs Deus communicaret bonorum, non molestè feramus, potius gaudeam ex hoc quod hic Dominus in cælo; & in terra regnet, & regnet; ego uero, maiora non appetam, & hæc contentus scilicet ei tanquam mercenarius aut vulgaris aliquis seruus

lus seruiendo sat mercedis me accepisse iudicabo, si vel ad aliquid in hoc Regno deferuire posse aptus inueniar. Denique, vt ipsi seruiatur, & obtemperetur, & intranos regnet, atque de nobis omnibus & singulis tanquam Rex, & Dominus in omnes imperium habens ad libitum disponat.

Omnia quæcunque in hac die faciet, vel audiet ad hanc considerationem videlicet, Deum esse Regem nostrum referre debet, sicut in die præterito factum est, omnia referendo ad Deum tamquam ad Patrem: Hic conuenienter adaptatur mysterium in quo Pilatus post accusationem contra Redemptorem nostrum à Iudæis factam, adduxit eum foras in conspectu populi spinis coronatum, arundinem pro sceptro habentem in manu, & veste lacera purpurea circumdatum & dixit eis. Ecce Rex Iudæorum; Postquam igitur illum omni cum reuerentia adorauerimus, pro blasphemijs, & irrisionibus à militibus in eum coniectis, actus humilitatis exercebimus, honores, & laudes mundanas, Coronam spinicam nobis esse cupientes.

TERTIA PETITIO.

Pro die Mercurij.

Tertia petitio est: *Fiat voluntas tua:* in omnibus diuinam adimpleri voluntatem desiderantes; insuper petimus illam in terra, sicut & in celo cum amore, & charitate impleri. Pulchrè succedit hæc petitio duabus præcedentibus, iustum namque est, à Filijs æterni Patris, & à Vasallis superni Regis voluntatem in omnibus perfectissimè exequi.

Vt autem diuinæ huic Voluntati conformes effici auidius exoptemus Patrem istum, Regemq; Regum tanquam Sponsum nostrarum animarum amantissimum mente concipiamus. Qui enim indefesso secum animo perpendet hoc nomen, & quæ sub eo latet & comprehenduntur beneficia, fauores, & amoris oblectamenta intelligit, incredibili & admirabili desiderio effertur adimplendæ voluntatis Dei, qui cum sit Rex Maiestatis, splendor Patris illius, diuinitatum abyssus, & omnimodæ pulchritudinis pelagus, fortissimus, potentissimus, sapientissimus, & amari dignissimus, à nobis amari vult, & concupiscit, nosque vicissim amore tam delicioso prout indicatur hoc nomine sponsi prosequi non contemnit.

Mag-

S.
Theresi

Opera

N. M.
108

Magnificat Dominus, & in summo habet pretio diuini Ma-
stas hoc nomine, appellari, sicque Ciuitatem Ierusalem fornicari-
am, & adulteram, ad poenitentiam inuitans, rogat, vt conueniat
illum Patrem nominet, & sponsum, vt sic fiduciam, & securitatem
sperandae pietatis ei largiretur.

Per hoc nomen sponsi omnia fidelis, & officiosi amoris, & be-
neuolentiae singularis pignora, ac perpetuae securitatis argumenta
designantur; item vicissitudines voluntatum, & consensuum
nem amorem tale nomen requirit, omnem curam deposuit, compo-
fecte integrum efflagitat: sic Deus conuentione facta & sponsi
libus cum Israel contractis in deserto requisit, & precor
lum ex toto corde suo, ex tota anima, ex tota mente, ex tota
luntate, & ex tota fortitudine sua diligeret. Vide regina
puram, Sanctam & immaculatam vitam agere oportet, qua
circumspecte, beneque exterius & interius compositam
cedere Sponsam, quam Rex excelsus tanto amore prote-
tur?

Consideret lapides pretiosos, & inestimabiles margaritas, opo-
ratus, & ornamenta quibus hic Sponsus sponsas suas decorat
let: inde animam suam disponere festinet, vt donis tantis digua-
te cum inueniri possit, non enim benignus dominus illam aut
perem, aut nudam, aut indecenter compositam esse patietur; im-
petat ab eo, quae magis ipsius Maieitati sunt placita: Prostrata
magna cum humilitate ante pedes illius, aliquando enim non
dignabitur hic Dominus ex sua inuolanti clementia illam eleuari
& in brachia sua quemadmodum Regem Assuerum cum Rege
Esther fecisse nouimus, illam benigne recipere.

Meditari poterit paupertatem dotis, quam ad haec Sponsus
contrahenda anima ipsa affert, & diuitias incomparabiles dotis
caelestis Sponsi, qui sanguinis sui pretio animas nostras a Patre
emit, vt illas, quae prius ancillae daemones erant, & satanae
para in Sponsas assumeret: & qualiter hac de causa iure optime
Sponsus sanguinis ipse vocari possit: quae quidem desponsio
facta est in Baptismo, dans ipse nobis fidem, ceterasque virtutes
dona, quae sunt ornatus animarum nostrarum. Praeterea quae
nostra sunt omnia Dei bona ratione huius admittendi conueni-
quo anima per gratiam ipsi coniuncta est: & omnes nostrae
afflictiones, & tormenta ad hunc Sponsum dulcissimum pertinet
hanc enim communicationis conuentionem nobiscum ego, &
bis bonorum suorum munificentissime facultatem, concedere

& mala nostra in se misericordissime suscipiendo. Qui hæc cogitatione percurrat. quanto cum dolore videbit quod offendatur & quanta cum lætitia quod ipsi seruiatur? quis sine compassione Sponsam illum ad columnam ligatum? Quis Cruci affixum & in sepulchro positum absque eo quod viscera ipsius dolore rumpantur, intuebitur? & è contra quis illum triumphantem à mortuis suscitatum & gloriosum aspiciet quin gaudio perfundatur maximo?

Appoñte in hac die intuebitur Christum in horto ante Patrem suum æternum prostratum, sanguinem sudantem, & ipsi se offerentem perfectissima cum resignatione, atque dicentem: Non mea, sed tua voluntas fiat. Actus in hac die exercendi sunt, magnæ mortificationis, propriam voluntatem in rebus omnibus abnegando, eiq; contradicendo, cum renouatione trium Votorum solemnium Religionis, ex toto corde gaudento, quod ea emisimus & ipsum in sponsum elegerimus, atque hæc sponsalia sacra in Religione inuouerimus, & confirmauerimus: Qui vero Religiosi non sunt patet sua bona proposita, fidelitatem, & verba roties repetita cum salutarique authoritatis sponso renouabunt.

QVARTA PETITIO

Pro die Iouis.

Qvarta Petitio est: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Benè, & congruè huic diei adaptatur hæc Petitio cum titulo pastoretis, cuius partes sunt pascere gregem suum, panem nobis quotidianum concedendo; Patri enim, Regi, & Sponso, Pastoris officium exercere iure merito conuenit, debitoque naturali nos filij eius, subditi. & sponsæ ut nobis sustentationem, & alimenta subministrare insinuare poterimus, prout Maiestatem suam, & nostram dignitatem, etenim filij eius sumus, decet; ideoque non dicimus ut hanc panem nobis accommodet, sed ut det, nec ab eo panem alienum sed nostrum postulamus, quia enim filij sumus, bona cuncta Patris nostri, nostra sunt.

Mihi quidem numquam persuaderi potuit quicquam temporaneum ad corporalem vitam sustentandam necessarium in hac petitione sed spirituale animæ alimentum nos petere: namque si septem petitionibus in hac oratione comprehensis tres primæ ad

Ffff

Dgum

S.
Theresi

Opera

IN VII

168

Deum ipsum referuntur, quæ sunt videlicet sanctificatio sui nominis, Regnum eius, & Voluntas; Ex quatuor istis, quæ nobis postulamus, hæc prima est in qua nobis aliquid dari postulamus; illis vero deleri peccata, tentationes & quicquid malorum est; quægitamus; ergo hoc unum, & singulare, quod à Patre nostro dari contendimus nihil temporale, quod ad corpus attinet, esse fatendum est, præterquam quod talis Patris filios, res ad se non vulgares, & communes, quas ipse Dominus & inferius creaturis elargitur, & hominibus absque eo quod illas postulare minimè deceat; præferim eum nos admonere ad Maiestatem, ut primo rebus ad suum Regnum pertinentibus, damus, (ea nimirum quæ animas nostras concernunt), apud his assidue cogitemus, cætera vero, ut nobis provideantur, ad Maiestatem sollicitè curat; apud S. Matthæ. dicens: *Panem nostrum substantialem da nobis hodie*: Ad hæc petimus & expectamus in oratione Panem doctrinæ Euangelicæ, virtutes, sacrosanctum Eucharistia Sacramentum, denique quicquid animas nostras, mentesque corroborat, ad spiritualis vitæ consecutionem, & sustentationem.

Igitur hunc excelsum Patrem, Regem, & Sponsum tantum Pastorem verum inspiciamus, & omnes Pastorum proprietates in quibus æqualem non habet, & superat omnes, consideremus, prout ipsemet loquitur in Euang. dicens: *Ego sum Pastor, qui animam meam pono pro ouibus meis*: Hinc cognoscimus quantum eminentia bonorum Pastorum, quos scriptura diuina commemorat Iacob, & David, conditiones præstantissimæ in Christum referantur: De David ait quod in iuuentute sua cum Leonibus suis lusit quasi cum agnis, & illorum mentum apprehendens, & focabat, ut stagnum aliquem ex faucibus eorum erueret. De Iacob autem refert, quod oves, & capræ, quas ipse custodiebat, nunquam fuerint, arietes gregeis nunquam comederit, damnum ne reddiderit, quicquid furto perierat, restituerit; die nocteque & gelu vstus fuerit, fugeritque somnus ab oculis eius, ut locustam Labam satisfaceret. Facile erit hinc mentem subleuare, & conditiones diuino nostro Pastori adaptare, qui proprijs sumptibus viribus ferocissimum Leonem infernalem, ut faucibus eorum erueret, & libertati restitueret, suffocauit; Et quæ ouibus

do sub eius potestate sterilis est inuenta? quæ illarum sollicitudinem habuit: quem detreclauit, laborem, quas non subijt angustias, quæ vitam pro illis ponere non recusauit? Quam Leo Infernalis abstulerat ei, & comederat, proprio soluit, & liberauit sanguine: nihil emolumenti ex eis ille reportat: quicquid lucratur, ipsis cedit: quicquid ab ipsis habet & omnia illarum bona de sua manu habent. Amore tanto oues suas prosequitur, vt pro sola vnica quæ perierat, propriam ouium vestem assumpserit se, ne amictus (sua Maiestate) apparens, cæteras detereret. Quis æstimare valeat pascua cælestis doctrinæ quibus illas pascit? Quis gratiã virtutum, quibus illas corroborat? vim Sacramentorum quibus illas conseruat, & sustentat? si ouis ad veritã errabunda declinet, curat ipse sollicitè mediante sibilo sanctæ inspirationis perditam illam ad pascua vitæ reducere: quod si hæc non proficiat, & ad ouem reuocandam non sufficiant, sagittis tribulationis eam aggreditur, vt sic illam deterreat, non tamen feriat, nec occidat; Fortes sustentat, & progredi facit: debiles & minus robustas expectare dignatur: infirmas sanat, Ambulare non valentes in humeros recipit earum debilitates & lassitudines sufferendo. Ac deinde eam post pastum quieti se tradunt, & quod è doctrina collegerunt Evangelica ruminant, custodit illas dormientes. & in medio earum, per suauitatem consolationum, quibus illas perfundit, sedens, in animabus illarum dulcem musicam facit, instar pastoris fistula dulciter suis ouiculis cantantis. In hyeme caulas sollicitè, vt eis post labores quiescere liceat, inquirat: diligenter aduertit ne herbis, aut pabulis veneno infectis vescantur, admonens illas, ne occasionebus se exponant. Deducit illas per amœnas syluas, & pascua tuta, & selecta consiliorum tuorum: & quamuis aliquando iter conficiant per loca puluerulenta, vel per turbines & tempestates, aut per inuia, & inaquosa ambulent: semper tamen illas ad limpidas & dulces aquas deducit, per has enim doctrina intelligitur, quæ clara semper, & vera esse debet.

Vidit S. Ioannes Diuinum hunc Pastorem ad instar Agni in medio ouium suarum, qui eas regebat, & per amœna vireta ad fontes aquarum viuentium minabat. O quam dulce est Pastorem Agnum factum intueri. Pastor est, quia pascit, Agnus, quia ipsum met est pabulum. Pastor est, quia conseruat, & sustentat: Agnus quia

quia ipsummet est nutrimentum, Pastor icidem, quia procreat nos
 Agnus, quia, ex eis natus est. Cum ergo petimus ab eo panem quo-
 tidianum vel supersubstantialem, idem est ac si dicamus vt ipse
 met Pastor, noster panis & nutrimentum esse dignetur.

Gratissimum est diuinæ Maiestati, vt ipsam consideremus
 aliquando cuidam ancillæ suæ apparuit, in habitu Pastoris
 vultu, in nixu Crucis, aliquas ex ouiculis ad se euocando, alio
 modo illiciendo. Verùm adhuc gratius ipsi est illum, in Cruce
 sicut Agnum a lumigni, & ad cibum nobis attemperatum ad delicias,
 & solatium contemplari: Res iucunda est videre illum pro
 pondere crucis oneratum, & instar Agni, qui oues perditas in
 suis portet nos gestare, & q̄ vt Pastor nos in caulas, & in
 sua recipit, nosq; per vulnerum suorum aditus ad ipsa interiora
 permittit, & vt Agnus se nostris visceribus, insinuat. Consideremus
 tranquille, quam securè quam beatè oues cum Pastore, & sub
 protectione commorentur, & à Pastore nostro nunquam
 mus, eiusque oculos fugiamus: oues enim Pastori adherentes
 cationibus semper pascuis, nutriuntur; buccellis melioribus,
 bus ipse vescitur, refocillantur; Adhuc si Pastor se abscondit,
 recumbat, ouis immota consistit, nec alio se transfert, donec
 Pastor exciretur, vel ipsa continuo balatu cum exciret, tunc
 nouis delicijs recreatur.

Se ipsam consideret anima in solitudine errantem, sine
 in tenebris, & obscuritate, circumseptam lupis, vrsis, & leonibus
 caelo nec terra fauente sed solo pastore qui eam tuerur, & dirigit
 ita nos sæpè sæpius videmus in tenebris constitutos, amplexibus
 amore proprio, innumerisque hostibus visibilibus, & invisibilibus
 circumdatos, hoc solum remedij habentes, vt Diuinum huius
 storem inuocemus qui ex illis angustijs liberare nos potest.

Hac die considerabimus mysterium SS. Sacramenti
 celestis huius pabuli excellentiam, est enim ipsa et Patris
 substantia, vnde beneficium hoc hominibus collatum David
 eggerans ait adipe viscerum Dei nos satiat.

Beneficium hoc maius est quam quod homo factus est
 in Incarnatione propriam tantum animam, & carnem
 suæ vniendo Deificat: in hoc verò Sacramento omnes Deum
 voluit, qui cibis quibus ab infantia enutriti fuerunt melius
 tari valent: & cum in Baptismo totaliter Deo regenerati sumus
 vt pariter, ex ipso totaliter prout dignitatem filiationis,

S.
 Theresi

Opera

IN
 III

res decoravit, decebat, educaremur, & sustentaremur.

Hic examināndus est amor, quo se nobis dat. Mandat enim sub in-
 terminatione mortis, vt omnes ipsum manducent. Ad hæc præui-
 dens diuinā Maiestās, quā multi ad illum in statu peccati morta-
 lis accessuri essent: amor nihilominus, quo nos prosequitur
 talis est, tantæque efficacīæ, vt frui exoptans amore, quo
 ab amicis recipitur, hæc minimè curet, & tantis iniuriis ab ini-
 micis lacessiri sustineat: atque vt amorem quo erga nos flagrabat,
 magis demonstraret, voluit consecrare & instituere diuinum hunc
 cibum tunc, cum in mortem pro nobis sustinendam tradebatur,
 cumque sanguis eius, & caro pretiosa sub qualibet specierum, con-
 tinerentur, artamen sub duabus distinctis speciebus panis, & vini il-
 lud consecrari mandauit, vt in hac diuisione, seu separatione os-
 tenderet, quod roties pro nobis, si res exigeret, vitam libentissi-
 me profunderet, quoties panis, & vinum consecrantur, & quoties
 sacrum Missæ sacrificium in Ecclesia celebratur.

Amor iste quo nos Christus complectitur, quem in hac Sacra-
 menti aduentione patefecit, immensus, & ineffabilis est; etenim
 cum duo absque medio vtrinque participante, non satis firmo
 vinculo coniungi possunt; quid meditatus est amor vt se cōiungeret,
 hominē ex nobis accepit carnem, sibi illam ad esse personale vitæ di-
 uinæ coniungens, sicque Deificatam, nobis illam in alimoniam
 conferri & quasi restituit, vt nos secum nobis mediantibus secum
 traheret.

Hunc amorem cum Eucharistiam sacram recipimus, vult Domi-
 nus vt consideremus & in hoc omnis nostra cogitatio sistat, &
 hanc gratitudinem à nobis exigit, cum mandat vt quotiescumque
 communicamus passionis & mortis ipsius recordemur. Et bene
 apparet quo desiderio & affectu se nobis tradat, quia vocat hunc
 cibum Panem quotidianum; & vult: quod illum quotidie postu-
 lemus, sed diligentissimè animaduertendum est quæ puritas, quæ
 virtutes ad hoc Conuiuium dignè adendum requirantur;
 Magna quædam Dei famula singulis diebus communicare de-
 siderabat Dominus illi globum Crystallinum pellucidum, & can-
 didum speciosissimum ostendit. dixitque ei: Quando eris sicut
 hoc crystallum id perficere poteris, confessim tamen vt ad
 Sacramentum accederet, facultatem largitus est. Considera-
 re poteris hac die Verbum, quod Christus Dominus in Cruce
 pendens locutus est, dicens, sitio potumque amarulentum, quem

S.
Theresi

Opera
N. M.
16

ei propinarunt, & conferre suavitatem, miramque dulcedinem, qua Dominus nobis cibum, & potum tribuit, cum ingrati animi nostri amantudine & in suauitate, quae eius sit, & expectantiam respondemus.

QVINTA PETITIO.

Pro die Veneris.

Dimitte nobis debita nostra.

Diei Veneris congruit quinta petitio, quae est, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, vna cum titulo Redemptoris etenim, vt ait D. Paulus, si ius Dei factus est nobis Redemptor, & peccatorum nostrorum per sanguinem suum Redemptor, ipse qui nos e potestate satanae, cui subiecti eramus, liberauit, nos in Regnum filiorum Dei preparauit; & in eo Redemptionem habemus, id est, Remissionem peccatorum, simulq; pretium quod reddideremur ab ipso exsolutum.

Bona, quaecunque nobis optate possumus, in praeterita petitione comprehensa sunt: & mala vniuersa, a quibus nos liberati possumus, in tribus sequentibus, continentur: & haec prima est: *Dimitte nobis domine, quae tibi debemus ex hoc, quod es Deus & Dominus vniuersorum: & quae tibi debemus ratione beneficiorum, quae nobis praestitisti, & praestaturus es; in super ea quae cogitamus ob peccata nostra, & haec Domine rata esse velis, acque bene sicur & nos dimittimus, iis qui nos offendunt & nostri debitorum.* Et ne quis existimet nimis limitatam esse hanc remissionem debitorum, si misericordiae, quam nos exhibemus nostris debitoribus comparetur, animaduertere oportet, duobus modis hoc intelligi posse. Primum, vt quotiescunque hanc orationem dicimus, imaginemur nobis quod eam vna cum Christo Domino dicamus, quotiescunque oramus lateri nostro astat, & ex parte ipsius precamur, & dicimus; Pater noster, quod cum ita sit, perfecta erit remissio cum tam completè ipse Dei filius pro hominibus satisfecerit. Praesunt etiam verba haec (prout quidem sonant) in rigore intelligi praestulantes, vt nobis remittat sicut nos dimittimus; quilibet enim qui ad Deum exorandum accedit, praesumitur, quod omnibus miseris, a quibus offensus fuit & ipso petendi modo expre-

nosmetipfos, qualiter petere, & quales in Dei conspectu uenientes esse debeamus, admonemus; quare si nostris debitoribus offensas non dimiserimus, ipsimet in nos sententiam profecerimus, quod plane indigni sumus remissione. Ait sapiens: *Homo homini reſeruat iram, & à Deo querit medelam? Qui vindicari uult, à Domino inueniet uindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit!* Huius petitionismateria vn'uerſalis eſt ad omnes pertinens, reſque infinitas complectitur, debita enim ſunt innumerabilia, Redemptio copioſiſſima, pretium condonationis, & gratiæ, quod eſt moſ, & Paſſio Chriſti Redemptoris, infinitum, & inexſtimabile.

Hic in memoriam reuocanda ſunt peccata, propria & totius mundi: grauitas vnus peccati mortalis, quod, cum ſit offenſa Dei per alium ſatiſſeri, aut exſolui non poteſt; Reſtauratio tantarum offenſarum contra tantam, & infinitam Maieſtatem Dei, unde petenda: Debemus Deo amorem & timorem, & ſummam reuerentiam, quia eſt qui eſt, debemus offenſas, & quid in horum omnium ſolutionem dabimus? Hæc omnia debita nobis condonari; depoſcimus quando dimitti nobis debita noſtra poſtulamus. In operis huius executione, omnes diuitiæ eius poſitæ ſunt & omnis noſtra felicitas in his conſiſtit, etenim ipſe pars offenſa, ipſe & Redemptor, ipſe denique pretium, ſatiſſactio, & Redemptio:

Nullum ex myſteriis Paſſionis pro hodierna die assignari poteſt etenim paſſio tota, noſtræ Redemptionis opus eſt; quæ in alijs libris minutim explicatur. Vnum tamen ad rem apprime conferas ſubiungam, & quod diuina Maieſtas ſicut vni ex ancillis ſuis ſignificauit, gratiſſimum eſt: Apparuit ei Dominus in Cruce conſixus, & dixit, vt extraheret illi tres clauos, quibus omnes homines eum conſigerent, qui ſunt odium, quo infinitam bonitatem & pulchritudinem meam proſequuntur: Ingratitudo, & obliuio beneficiorum meorum. Durities qua inſpirationibus meis correfpondere contemnunt: poſtquam igitur mihi tres hos clauos reſixeris, tribus alijs clauis affixus ego permaneo: ſunt autem: Amor infinitus, Gratiarum actio pro beneficijs quæ mei intuitu Pater meus dat uobis: & tenerima uiscera ad uos recipiendum.

Hæc dies magni ſilentij, & aſperitates aliquæ, & mortificationes in ea exercere oportet, & ſanctorum, quibus ſpecialiter deuoti ſumus recordari, vt eorum interceſſionibus ueniam, quam precamur à Domino obtineamus: Oratio autem fiet peculiariter hoc die, pro
ijs, qui

ijs qui in mortali peccato existunt, pro ijs qui nos oderunt, & ijs
 bus iniurias quomodolibet passi sumus.

SEXTA PETITIO.

Pro die Sabbati.

EX quo aduersarios nobis semper inensos aded, & impo-
 nos ad nos opprimendum & vexandum habemus, & ob
 am-fragilitatem & imbecillitatem nostram ad corrumpendum
 & tentationibus succumbendum procliuus sumus, nisi qui
 potens est, nobis opem ferat, ideo perseveranter exorandus est,
 nobis subueniens, a tentationibus quibus impræsentem periculis
 nos superari, & in peccata præterita relabi, non permittat.

Non petimus, nè patiat nos tentari, sed nè a tentationibus
 vincamur; tentatio enim, cuius ipso adiuuante, & nobis cooperantibus
 victoriam consequimur, ei proficit ad gloriam nobis autem
 meritum, & coronam: & hoc nobis præcipit, vt ab eius Maie-
 postulemus, in hæc verba: Ne nos inducas in tentationem; vnde
 sciamus, & intelligamus ipso permittente nos tentari; vincimus
 tem, quia fragiles sumus, & victoria ipsius est.

Hic igitur animo voluamus; quàm verum sit omnes nos
 fragiles esse, fauciaros, & imbecilles, tum quia hæc sunt, quæ nos
 a primis parentibus hæreditate obrigerunt, tum quia nosmetipsos
 peccatis, quæ commisimus, prauisque moribus infirmos
 reddidimus, & a planta pedis vsque ad verticem capitis hæc
 nobis sanitas. Et sic præsentem nos medico caelesti petentes, vt
 nos incidere in tentationem permittat, sed omnipotenti manu
 protegere dignetur, nec sine cura & auxilio derelinquere.

Mirifice delectatur diuina Maieestas hoc nomine Medici quæ
 officium vel maximè in hoc mundo exercuit curando infirmos
 curabiles ab infirmitatibus corporalibus, & animas a peccatis
 veteratis. vnde sibi ipse hoc nomen etiam imposuit dicens: *Hoc
 est opus valentibus Medicus, sed male habentibus:* Hæc Medici munus
 exequi voluit diuina Maieestas erga hominem, seipsum Samaritanum
 comparans, qui oleo & vino eum, qui in latrones incidit & con-
 latus, vulneratus & semimortuus relictus fuerat, curauit. *Medi-
 cus, ac Redemptor vnum, & idem sunt: tamen Redemptor dicitur
 propter remissionem, vt Sanctus Paulus loquitur, præcedentium delictorum
 Medici*

S.
 Theresi

Opera
 N. M.
 175

rum aeneum pro signo positum, aspiciendo, sanabantur. de qua iam præparata sunt omnia, ille idem qui nos curare desiderat, nobis sese & omnia, quibus indigemus offert: præterea certum est, quod medicinae expeditas esse, reliquum est, ut vulnera nostra, & infirmitates manifestemus, & effundamus coram illo corda nostra in hac præsertim die, in qua se nobis hic dominus tanquam medicum, curandi nos desiderio inflammatum, repræsentat.

Est hic locus optimus ad intellectus nostri cæcitatem, & voluntatis nostræ ad sui estimationem a deo propensam, perditionemque noscendam, similiter ad diuinorum beneficiorum obliuionem, linguæ, ut impertinentias loquatur, procliuem facilitatem, admodum leuitatem & constantiam in disparatis cogitationibus, & in uem perseverantiam in bonis & in omni eo quod bonum est, tollentiam suam & exiguam curam recessus; Denique nullis vulnera vel antiqua vel noua, quæ supremo medico, remediis eo postulantes, non aperiamus.

Cum infirmus quæ ipsi commendatur a ceceptate reseruit, & uocatis abstinet, Medicus illum, dum tamen freneticus non est, relinquere consueuit; Medicus autem Cælestis nec in morbo contemnit, nec inobedientes dimittit; omnes curat ut fructus mille modos ut ad se redeant inquirens.

Hic die conuenit memoriam sepulturæ domini habere. Quos quinque fontes suorum vulnerum, quæ aperta visque resurrectionis generalis ad salutem nostrarum animarum pertinebunt, considerare, & cum vulneribus istis sanemur, curam unguere amanter, & charitatiuè unguento mortificationis, humilitatis, patientiæ, & mansuetudinis impendentes nos pro curam nostrorum utilitati, cum illum ad manus habere, & ipsi vulnera in propria persona ministrare non ualemus. Nam quod nos proximis nostris præstamus, id sibi præstitum asserit.

SEPTIMA PETITIO.

Pro die Dominica.

Libera nos à malo. Amen.

Septima Petitiō est, ut nos à malo liberet; non postulamus ut vel altero malo tantum liberari, sed ab omni eo, quod nos

S.
Theresi

Opera

N. M.
166

proprie obtinet rationem mali, quo bonorum gratia, & gloria
in diuinitate facimus; Aliqua sunt mala poenae sicut tentationes & gri-
tationes, afflictiones, labores, vituperia, &c. quae tamē proprie mala,
sunt prout occasio quod in peccata prolabamur esse solent, vocari
non possunt: vnde diuitiae, honores, & cuncta bona temporalia
sunt merito mala, (sunt enim nobis offendendi Deum occasio) dici
poterunt; Ab his omnibus malis & bonis, quae nobis causa dam-
nationis aeternae sunt liberari petimus; Et quoniam ad iudicem
spectat hanc libertatem concedere, accommodē hic ponitur titu-
lus iudicis.

Huius petitionis materia amplissima est, quatuor enim No-
uissima hominum, quae sunt Mors, Iudicium extremum: Inferni,
poenae, & Gloria beatitudinis, de quibus multa scripta sunt, ad eam
reducuntur.

Possunt hic praecedentes considerationes repeti, & in mentem
reuocari, etenim omnia & singula beneficia in sex superioribus
gloriosis titulis enumerata magnificere pondusque eorum illic
tenere debemus; propterea accurate meditanda sunt, & vt con-
fundamur, & vt confidamus; quanta enim confusio est, quod
habentes talem tamque amabilem Patrem, Regem tam potentem,
patrium suauissimum, Pastorem optimum, adeo diuitem & mise-
ricordem Redemptorem, medicum adeo efficacem & pium simus
tam ingrati & tam parum in omnibus profecerimus, & quem
timore merito nobis incurere debeat tam graue tot benefici-
orum pondus ex sua parte, & ex nostra tanta ingratitudo & exigua
gratia. Ingres nihilominus & omni cōparatione maior fiducia, vt se-
cundum in iudicio cōpareamur, excitatur, considerātes quod stabimus
ante Iudicem, qui est Pater noster Rex &c. concludi potest iste dies
cum gratiarum actionibus, quas Propheta Dauid quinque psalmi
cū quibusdam versibus quos Ecclesia in Primis officij de Feria recitare
solerunt autem hi sequentes.

1. Benedic anima mea Domino & omnia quae intra me sunt nomini sancto
tui. 2. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones
tuas. 3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infir-
mitates tuas. 4. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in mi-
serationibus, & misericordibus. 5. Qui replet in bonis desiderium tuum, reno-
uatur, vt Aquila iuuentus tua.

Itaque pijsſſimus hic Dominus miſericorditer agens; pro peccatis, dat veniam, pro infirmitatibus, ſanitatē, pro morte, vitam, pro miſeria, protectionem perennem: pro defectibus, cunctarum bonorum abundantiam donec nos ad vitæ incomparabilem uitam perducatur.

Videtur quod in verbis iſtis omnes tituli & ſupradicta Deo minantangantur: quod facile intelligitur, qualibet in particulari attente conſiderando. Licet autem verum ſit haec Orationem Dominicam inter omnes alias vocales orationes primam cum tenere, non ideo tamen reliquæ relinquendæ ſunt; quia ſola videntes ſatiſdium in nobis generari poſſet, ſed va de ad merit alias intertere, & maxime illas quæ in ſacris ſcripturis, ſicut à Spiritu ſancto inueniuntur. & à perſonis Sanctis viſurguerunt, vt eſt illa publicani Euangelici, Annæ Mariæ Samuelis Iudith: Manaffis Regis: Danielis, & Iudæ Machabei, in quibus proprium ſenſu eorum ſentimentum exprimentibus & proprio cū affectu compoſitis, ſuas neceſſitates, calamitates, & ſerſias, Deo representabant; Hoc autem genus orationis admet perſona in neceſſitate conſtituta concinnatū, maioris efficacitæ & valoris, nam & mentem eleuat, voluntatem accendit & ad lacrymas prouocat; quia enim verba ſunt propria in hunc modum proferuntur, & proprium laborem, & coram declarant magis ex animo, & ex corde proferuntur. Hæc Deus orandi Deo plurimum placet, ſicut enim Magnificum ſticos, ab ipſis aliquid crasso & ruſtico modo petentes pergratum eſt & iucundum; ſic Deo volupe eſt cum ex verbis inconcinnis & indigeſtis aliquid poſtulamus, & paucis bis neceſſitatem noſtram proponimus, vt S. Petrus reliquos poſtoli ſubmergi timentes clamabant: Domine ſalua nos petens. Sic & Cananea miſericordiam inſtāter petens: ſic & filius Proqui aiebat: Pater peccauit in cælū, & coram te: ſic & Mater Sana quæ dicebat. Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictam famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ dederis animæ meæ perfectam virtutem in obſequium tuum vitro dabo illam.

His orationibus vocalibus quæ à Deo, quæcunque petent obſinuerunt, abundat diuina ſcriptura, quibus in noſtris afflictionibus, & anguſtijs remedium obrinebimus. Et quæ ſanctorum conſilium ſit hoc melius orationibus mentalibus

S.
Therese

Opera
N. M.
M.

hanc, nihilominus multorum SS. exempla, insuper propria experientia nos docet, quod sic cum Deo agentes, vocaliterque orantes excitat ille tepiditatem nostram, cor accendit, atque illud disponit, ut melius & perfectius progrediatur, & mentaliter oret.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

Ex Commissione D. Vicarij Generalis, vidit
M. Frater Vincentius Gomez: in Conventu
Pradicatorum 14. Augusti 1613.

Imprimatur
Doctor Victoria Vic. Generalis.

Gggg j

CAN